

dem Fabii Maximi, rectoris Samnii inter annos 350 et 360, alios duos similes titulos dedimus supra N. 1247. 1248. Cf. praeterea infra N. 5521. 5524. 5690. 5691.

**5342** A. Hirtius A. f., M. Lollius C. f. ces.<sup>1</sup> fundamenta murosque af solo faciunda coerave. eidemque probavere. In terram fundamentum est pedes altum XXXIII<sup>2</sup> in terram ad | idem exemplum quod supra terram silici<sup>3</sup>.

**5343** A. Hirtius A. f., M. Lollius C. f. ces.<sup>1</sup> fundamenta murosque af solo faciunda coeravere eidemque probavere. In terram fundamentum est pedes altum XXXIII<sup>2</sup> in terram ad idem exemplum quod supra terra[m silici].

*Ferentini, loco antiquo, in substructionis, quae hodie episcopium sustinet, olim sustinuit sine dubio arcem, duobus lateribus contiguas, N. 5342 in latere quod inter occidentem et meridiem, N. 5343 in eo quod inter meridiem et orientem versus spectat (I 1161 = X 5357. 5358 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXVIII<sup>a</sup>. LXVII<sup>c</sup>). — 1) Censores, scilicet Ferentinatum. Alterum horum censorum Borghesius opp. 2, 400 patrem fuisse coniecit A. Hirtii consulis anno 711, alterum M. Lollii consulis anno 753. Aetas titulorum videtur fere esse Sullana. — 2) Cum substructionis illius pars inferior sit ex opere cyclopico quod dicunt, superior ex saxis quadratis (cf. imaginem delineatam a Tuccio Notizie degli scavi 1880 p. 62, C. I. L. X p. 576), Garruccius contendit partem superiorem (certe in latere eo quod est inter meridiem et occidentem) allam esse 53 pedes Romanos, eamque solam partem a censoribus dici aedificatam; quod falsum esse dimensionationibus factis demonstraverunt Tuccius et Mommsen l. c. — 3) Cf. Cato de re r. 14, 4.*

**5344** M. Lollius C. f., A. Hirtius A. f. ces., funda[m]enta | faciunda coeraverunt eidemque probavere..

*In eadem substructione in qua N. 5342/3, supra portam qua itur in interiorem aedificii partem (I 1163. X 5859 Ritschl tab. LXVII<sup>b</sup> quem sequor).*

**5345** A. Hirtius A. f., M. Lollius C. f. ces. fundamenta | fornices faciunda coeravere eidemque | probavere.

*Intus in eodem aedificio in epistylis portae, per quam ad cryptas aditus est (I 1162. X 5840 Ritschl tab. LXVII<sup>a</sup>).*

**5346** Post. Mimesius C. f.<sup>1</sup>, T. Mimesius Sert. f., Ner. Capidas C. f. Ruf., | Ner. Babrius T. f.<sup>2</sup>, C. Capidas T. f. C. n., V. Volsienus T. f.<sup>3</sup>, marones<sup>4</sup>, | murum ab fornice ad circum et fornecem cisternamque d. s. s. faciundum coiravere.

*Asisii (I 1412. XI 5590 descr. saec. XVI Smetius, partem intuenti sinistram circiter a. 1833 Gustavus Kramer). — 1) Eiusdem nominis homo, fortasse nepos eius, est supra N. 947. — 2) Eiusdem nominis homo, fortasse idem, memoratur in titulo item Asisino, Umbra lingua scripto: ager emps et | termnas oht | C. V. Vistinie, Ner. T. Babr., | maronatei | Vois. Ner. Propartie, | T. V. Voisiener; sacre stahu (XI 5389; Buecheler Umbrica p. 172). — 3) T. Volsienus V. f. videtur esse in titulo Umbro (not. 2). — 4) Huius magistratus Umbri nulla mentio nisi in hoc titulo et eo quem memoravimus not. 2. Sex hos marones magistratus fuisse trium annorum continuorum coniecit Ar. Fabrettius.*